



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

3 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te, ne scrutatus fueris. Eccl. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

## REGULA TERTIA.

*Altiora te ne quæsieris, & fortiora  
ne scrutatus fueris. Eccl 3.*

## PARAPHRASIS.

*Non conare id comprehendere, quod  
supra te, nec ea mysteria, quae tua  
superant vires. Contenteris id scire  
quod Deus tibi praecepit, & quod  
necessarium ad tuam salutem, &  
quoad ipsius opera naturalia, considera  
ra & contemplare cum admiratione  
ea, quae oculis tuis exponit, sed  
presumas notum facere id, quod  
habere incognitum.*

## REFLEXIO.

**E**Xcellentia & Scientia alicujus boni  
ratione præditi animi, dum hunc  
contemplatur mundum, non consistit  
videre & melius cognoscere, quam  
ea quæ nec videri nec cognosci possunt  
sed ut melius videat, & melius admire-  
tur id quod oculis apparet, & quod ip-  
sa providentia ad videndum exposuit.

Dum aliquis eruditus homo publice  
expositam considerat picturam, non

eo quærit gloriam, videre aliquam rem  
inuitabilem populo, Ignorantiores vi-  
dent tantum, quantum ipse id quod in  
ea pictura penicillus depinxit, sed non  
vident eo modo quo ipse.

Nam in hoc illos præcellit, quod vi-  
dendo talia opera consideret, & per suas  
reflexiones cognoscat & videat inten-  
tionem, id quod illi vident non nisi cum  
oculis corporeis, & quod non penetrat  
usque ad illorum cæcum animum.

Dum sapiens aliquis Philosophus  
contemplatur Solem & Stellas, ac in ta-  
libus incorruptilibus luminaribus videt  
vestigia aut umbras pulchritudinis ip-  
sius Creatoris, nihil videt quod non li-  
bertini & Athei clarè vident, & tam be-  
nè quam ille conspiciunt.

Sed parum est aspicere, etiam Aquilæ  
hoc faciunt, importat mirando con-  
siderare, quod non faciunt Impii, tam  
parùm quam ipsæ Bestiæ. Hæ umbræ  
divinitatis, & alia miracula, quæ intrant  
ad eorum sensus exteriores, non ulte-  
riùs progrediuntur, eorum brutalis &  
ignorans anima nihil agnoscit.

C 5

Proprium

Proprium enim alicujus hominis prudentis est suo sensu & animo patefcere, id quod suis oculis natura aperit & in hoc differt à communi populo; & omnis ipsius sapientis & sublimis sensus gloria non consistit, sicut dixi, videre & cognoscere res invisibiles & incomprehensibiles.

Id quod ipsa providentia æqualiter omnibus hominibus voluit esse absconditum, dum Philosophi illud quaerunt & indagant, non sunt docti, nec sapientes, quàm dum sciunt, se illud non inventuros aut comprehensuros.

Vera Philosophia non est investiganda & in his quaestionibus, in quibus necesse fariò est dicendum: *Nihil scio, aut quod ego intelligo*, illi qui hoc citò dicunt, non desuper viginti annis student, illi sunt sapientiores & feliciores.

### REGULA QUARTA.

*Ne innitaris prudentia tua.* Eccl. 1. 31.

#### PARAPHRASIS.

*Si queris veritatem, non credas tuis sensibus, & non innitaris tuis particulis.*